Io. Albertus DEI gratia
Dux Megapol.

S. Literas à te Humanissime Vir
mihi puer tuus reddidit. His ego
quantum in celeritate et in venatione
potero ordine respondebo. Legi literas
Lorini, qua mea erit in hac causa
sententia ex Bastiano accipies, cognoscesque
mihi nihil esse rei in posterum cum
isto impudenti fœneratore et homini
ingrato. Sed is non sum cui meique
esse volo qui non possit inimicitias
deponere: scis enim optime quid hoc
in genere praestiti ego. Quod scribis,
meque hortaris ut in nostris studijs
pergam, faciò id quidem certè sedulo
et sumo mihi tantum temporis,
in hac quotidiana ferè peregrinatione
atque venatione: quantum omninò possum
feci enim initium scriuti inter nos
nuper conuentum erat. Quod mihi
coràm recepisti, et nunc per literas
iterasti, promisistique hoc facere, et man
data mea ut soles, cura diligenter
et vere iam tuo otio potissimum in

1567. Nov: 28.

causa tibi à me commissa, ut et sit ex
dignitate mea et honore tuô &c

Exemplum imitationis quod nunc descriptum
esse puto audiê experto: dici enim vix
potest, quantam tales versiones atque imi-
tationis mihi afferunt delectationem.

Mitto tibi et Matthiæ nostro et Concionatori
~~nostro~~ mio aulico m. Christophero de carne
ferina
apruigna, cepi enim heri XXXIIII apros
valde pingues (sed non omnes meo vena-
bulo neque cluniculo) Hodie verò XVI ce-
pimus, etiam pro illo qui nunc est
Wismariæ aliquid per hunc transmitto.

Quod ad extremum studium, operam, dili-
gentiam tuam mihi quoad vixeris polli-
de hoc quod dubitem causa nulla est,
et laudo constantiam tuam, et ago tibi
gratias ut debeo maximas. Quapropter
eo animo simus inter nos quo sem-
per fuimus. Quod de te sperare, de
me praestare possum. Vale et Dabe-
rusium et Hofmannum magistros meis
verbis saluta, et dic illis Dominum
de Schonburgk DEI beneficio esse ê
carcere liberatum quibus autem con-
ditionibus mihi modô non satis con-

Valete iterum, et me ut facitis amate
Datae Pirheri XXVIII Novembris Aº MDLXVII.
admodum feſtinanter

Manu mea [signature]:

Humaniss. ac doctiss.
viro Magistro An=
dreæ Mylio consi=
liario meo
chariss.

[illegible]
[illegible]